

1667 <sup>31</sup>/<sub>10</sub> Exemplum literarum S. R. M. universitatum

per gratia Nobilitatis ab generali expeditione

bellica revocata est.

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniarum.

Magnificis Generosis. Nondum providentia divina relinquit  
curam quam de salute Reip. gerit cum indefensa et consilio des-  
tituta salutis publica momenta non humana sed propria po-  
tenti dextera gestare dignatur. Nam quum Sultanus Galga ad-  
fuitis alijs quinque Sultanis et quibusdam legionibus Cosacorum  
primis diebus Sept. viciniore Russia adortus esset, exercitus  
autem noster non numeratis ex arario stipendijs nec ullo pecunia-  
rio à Palatinatibus accepto subsidio, castra metari non  
posset in quibus gratuita stipendia faciens et erectus miles  
subsistere non potuisset sed eodem agminibus ad loca munita  
dispositis coratus hostiles pro virili detinere studeret ipse  
Magnificus Regni et Campi Mar. cum aliquot millibus equitum  
obsidione cinetus atq. acris assaultu ad prius facto petitus et tan-  
quam unica præda ab hoste per aliquot dierum spatium omni-  
conatu pressus est. Sed postquam cuncta ista fortiter excepit tan-

dem

honestam et utilem patriæ & presenti Reip. statui necessariam pacem  
inivit imo per eodem tractatus hostem eo deduxit, ut è vestigio ex  
visceribus Regni cedat. Quo nomine debitis et humillimis gratijs  
divinæ Majestati actis; Sinceritat. et Fidel. Vras certiores red-  
dimus de tota re transacta et per presentes Vras & Vras Edictum  
tertium de generali expeditione bellica revocamus et ab hac  
easdem in præsens liberas pronunciamus. Adhuc certo persuasi-  
Sincer. et Fidel. Vras in proxime instantibus Comitibus (quibus indi-  
cendis necessarias expeditiones in Cancellarijs Vris parari jussimus)  
solidum consilium suscepturas, et seipitis tandem Deo adversis  
et Christianæ pietati non convenientibus sufficientijs præsea virtute  
Polonæ & candore propria salutis et fortunis vestris tum vere  
et sacrarijs Dei tutâ præsidia paraturas ne denuo Reip. in  
præsentissimum congeratur periculum. Nam et tractatus  
isti nuperrime sanciti eorumq; conservatio à sola barba-  
rorum discretionem (benevolentiam et humanitatem) pendent. Sæten-  
post hos exorto 20. prope annorum spatio exantlatos  
labores devoratas mille molestias plures susceptas expeditio-  
nes à Nobis, hoc solatijs Sinceritates et Fidelitates Vras nobis  
in hæc nostrâ senectâ dabitis, ut cum ipsa gratia divina miraculose  
finis

fines Regni nostri quaque versus pacem munit, nosmet restituta, domi  
animorum concordia tandem aliquando discordia sepeliamus et florentem  
libertate aurea pacem patriam videamus. At hoc est quod ex intimo corde  
cum bona valetudine sincer. & Fidel. Præs a Deo precamur. Quod  
vero hæc litera Universales eo citius in omnium notitiam deveniant,  
easdem ad proximum Castrum Krumi Regium mittendo ibidem præsen-  
tibus Ministris Præs imperamus et potestate Regia injungimus  
ut eodem modo debito ad conciliandam fidem descripta ad alia  
eiusdem Palatinatus castra sine mora perferantur Actis publicis in-  
tenda et ubiq; promulganda. Nec aliter Sinceritates et Fidelitates  
Præs facient propter gratiam Nostram Regiam. Nabantur Varavia  
L. 31. mensis. Octobr. A° 1667.

Joannes Casimirus Rex.

(L. 31)

Stanislaus Lyski

Regens Cancellaria Regni.

Extrait de lettre secrette escrite par un Officier  
du Royaume, le 19 Nov. 1667.

Le Roy a voulu absolument faire un voyage en Litvanie, tellem<sup>t</sup>  
qu'on avoit deja arresté et disposé, où S. M. devoit prendre  
des repas et se coucher. Mais puisqu'il est foible les Medecins s'en  
sont opposez avec protestations. De sorte qu'il demeure à

Varsovie